

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6173

**Auteur(s) :** Raoul le Vegot [prêtre]

**Bénéficiaire(s) :** Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1141-1185]

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notification de l'accord mettant un terme au différend ayant opposé l'abbaye [Saint-Pierre] de Préaux et Raoul le Vegot, prêtre desservant l'église Saint-Germain de Pont-Audemer, au sujet de la part des revenus de l'église revenant aux moines. Raoul devra chaque année rendre aux moines douze livres de monnaie courante sous forme d'un versement mensuel de vingt sous, soit dix au milieu du mois et dix à la fin, en paiement de tous les revenus, offrandes et dîmes, excepté les annuels dont le monastère doit percevoir les deux tiers et le desservant le dernier tiers, quelqu'en soit le destinataire, monastère ou desservant. Il a en outre juré au chapitre de respecter l'accord pendant tout le temps qu'il desservira cette église ; il est aussi établi que, si un édit général interdisait l'église pendant deux mois ou plus, pour une cause indépendante de Raoul, ou si un incendie dévastait la moitié de la paroisse ou plus, Raoul s'acquitterait de la pension suivant l'estimation de prud'hommes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Mesmin Simone, *The Cartulary of the Leper's Hospital of Saint-Gilles de Pont-Audemer*, Thèse de doctorat d'Histoire, Reading, 1978, 0 p. (dactyl.), Select Documents II, n° 6a.
- b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B69, p. 291-293.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, *Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux*, n° B69, p. 292.

Texte établi d'après b

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod inter monasterium Pratellense et Radulfum, presbiterum ecclesie Sancti Germani de Ponte Audomari, super controversia que inter eos erat de portionibus, que monasterium contingebant, taliter est transactum et amicabile compositione statutum : quod Radulfus presbiter singulis annis de ecclesia Sancti Germani prefato monasterio duodecim libras usualis monete persolvat, singulis scilicet mensibus XXti solidos, decem in medio mense et decem in fine, pro omnibus oblationibus et obventionibus et decimis que monasterium Pratellense in ecclesia illa percipere solet, excepto annuali de quo monasterium debet habere duas partes et Radulfus terciam, cuicumque oblatum fuerit, sive monasterio sive capellano. Hanc igitur conventionem Radulfus le Vegot in capitulo juravit se omni tempore, quamdiu ecclesiam illam tenuerit, fideliter servaturum et, sicut determinatum est, sine difficultate soluturum, ita tamen quod, si generale edictum in ecclesia illa duobus mensibus vel eo amplius aliunde quam ex culpa Radulfi duraverit vel si combustio parrochie dimidie vel maxime

partis evenerit, estimatione bonorum virorum super pensione redditus ei satisfiet. Facta est autem hec conventio presentibus : Hugone, archidiacono ; Benedicto, decano ; Gaufrido, presbitero ; et aliis pluribus. Ista carta non valet nobis duo.